

J. K.
118,
30.

In
6112

B. C. D

DE EXCIDIO

IMPERII CHRIS TIANORVM CONSTANTINOPOLITANI

ADMIRANDVM DEI CONSILIVM
ILLVSTRI EXITV CONSVMMATVM

M E D I T A T V S

O R A T I O N E M

B. C A R O L I G E H L E R I
M E M O R I A E S A C R A M

A. D. XII DEC. A. O. R. c^o IsccLIII
H A B E N D A M

I N D I C I T
G E O R G . C H R I S T I A N V S T A V B N E R V S
A. A. M. G Y M N A S . G O R L I C . P R O R E C T

G O R L I C I I , E X C V D E B A T I O H . F R I D . F I C K E L S C H E R E R V S .



1. J. 1800 (1)
2. J. 1800 (2)
3. J. 1800 (3)
4. J. 1800 (4)



uod de diuino quois consilio vates vere θεοτευσος docuit, vbi,
Mirabile est, inquit, DEI consilium, et ad magnificum deducitur exi-
tum, seu, ut accuratius Hebraea verba Latinis reddamus, Mirum
facit DEVS consilium, magnam efficit rem: a) hoc idem cum toties
comprobatum vident follertes rerum in hoc terrarum orbe gestarum
contemplatores, tum vel in primis cognoscimus, cum diligentius animo lustramus,
que de Constantinopoli trecentis abhinc annis Turcorum armis expugnata com-
memorantur.

Diuino nimurum consilio factum esse, ut barbari homines hoc digno bonarum
literarum domicilio, hac Christiani orbis in oriente primaria ciuitate potirentur,
negare qui audeat, nisi, qui vel fatali quadam necescatis lege, vt Zeno quondam
cum fuis, teneri omnia, vel casus mortalium forte fortuna euenerit, cum Epicuro,
temere crediderit? Quotusquisque enim est, vel sanae rationis lumine recte viuis,
vel ex ipsis oraculis diuinis veriora edocet, quin, quidquid sit, diuina moderan-
te prouidentia, fieri fateatur; cum et profani homines, si certe, qui rectiora vide-
bant, omnia DEI parere numini b), nec diuum sine nomine quidquam euenerit pro-
fesi fint c)? Et quid multa? Soli nempe lumen inferrem, si ex his, quae flebilem
urbis expugnationem antecesperant, copiosus demonstrare vellem, ita conueniens
diuinae iustitiae fuisse, vt, qui caustam Christianorum contra Turcos defendendam
antea deferuerant, qui, parum in ope diuina ponendum arbitrati, ab ipsis illis bar-
bari auxilium petierant, qui abominandam in Christiana ciuitate discordiam pes-
simae aluerant, qui alias, insque bene multis, criminibus Numinis iram in se conci-
tauerant, ab his poena peccatorum tanta, tam acerba, tam atrox expeteretur.

Sed cui non mira videatur diuini huius consiliis ratio? Quippe, expugnata iam
Constantinopoli, hic, vbi sanctior Christianorum hominum coetus verum adora-
uerat DEVM, barbara turba Muhamedis fui, vani hominis et impostoris, nomen
celebrabat, vbi consilio, et ad sollemnem hominum salutem comparatis dogmati-
bus tempa perfonuerant, hic inanibus omnia nigris implebantur^{a)}; vbi, fulgente
eruditiae sapientiae lumine, religionis purioris lumen mentes humanas facilius pe-
netrabat, hic spississimis barbariei pariter ac mendaciorum tenebris obnubilata erant
omnia, obducta atque oppressa. Iam tempa omnia vel clausa stabant, vel defoleti,
vel caedibus fuissestis aut foeda superstitione conspurcata. Illa Mufatrun domi-
cilia deferta a suis cultoribus vel deuastata erant, vel a barbaris rudibus occupata.
Ita superstitioni religio, barbarie doctrina, genti immanisimae pariter ac vitiosissi-
mae, istis hominum monstris, Aeneae Silii verbis vtor d), quae nulla humanita-
tis studia colebant, gens longe moratior atque humior cedere cogebatur. Ita
sceptrum illud, istae opes, quibus aduersus barbaros olim defensa steterat in oriente
Christianae cohors, frangi omnino et funditus euerti videbantur, et impune nunc
altius caput tollere turba Saracenorū. Ita, cum in his, quae ad occidentem spe-
fiabant solem, terrarum partibus dudum contaminata variis erroribus eserit religio,
et ignorantiae tenebris circumfusum scientiarum lumen vix emicare, idque Graeci
corum quorundam ope, paullulum ceperit, nunc actum pariter de sacris et bo-
nis litteris et clamalatum tantum non videbatur. Atque haec, DEO ita mode-
rante, fiebant, qui ipse lux est, et tenebras omnes exofit, qui, vt ipse est omnis
sapientiae fons et origo, ita sapientiae studia non potest non amare, fouere,
confervare, qui veros numinis fui cultores protegunt alias et ab omnibus aduersariis
minis atque iniuriis defendit ac tuetur, idque toties se facturum certo promisit.
Haec igitur cogitanti nonne mira videantur? Immo adeo miranda, vt, sicut olim,
cum profanae gentes vel Babylonii Nabuchodonosoris tempore, vel Romani, duce
Tito Vespasiano, terram, quae veri Numinis sanctiore cultu floruerat, tecterrima
superstitione et idolorum vanitate polluerent, Asaphus etiam, diuino lumine col-
lustratus, eam rem animo preeuidens, mirabundus ac dolens exclamabat, ita nunc
pesfun-

a) Jes. xxviii, 29.

b) circ. de diuin. I, c. 53.

c) VIRGIL. Aen. II, v. 777.

d) Epist. cxxxii.

pesfundati fere Constantinopolis ciues Christiani, iisdem verbis vñi, merito inge-
miscerent: *Quare o deus, ita nos abicis, vt aduersarii tui tua templa profanant e?*

At prudens, quod poeta ait, *futuri temporis exitum caliginosâ nocte premit DE-*
VS t), vt rei, qua tam mirabilis adparebat, illuftriori exitu magis diuina sapientia
illuftretur. Quem vero haec de excidio Christiani in oriente imperii miranda dei-
confilia praecularum tandem exitum habuerunt? Hunc lane, vt, cum barbaries te-
nerer sitas ad orientem solem regiones, in his, quae contrariam speculabant par-
tem, scientiarum cultura laetior efflorefceret, at, huius redeunte flore, ipfa quoque
religio purior, quae vanis hominum commentis, situ quasi et squalore, obducta la-
cuerat, bonarum litterarum ope integra atque intamnata nitoris suo restitueretur.
Atque hoc ita eueniens, quis est ita omnis historiae ignarus, quem fugiat? Cum
enim iam aliquo ante expugnatam Constantinopolin tempore litterat e Graecis ho-
mines in Italiam venissent, vel ad opem contra Baizethen I. perendam emisi, vt
Emmanuel Chrysoloras g), vel ob lites inter vtramque ecclesiam componentas, vt
Bessarion h), vel Amurathis II. meru, aut alia quacumque causa adducti, vt *Georgius Trapezuntius* i) et *Theodorus Gaza* k): hi quidem Graecas litteras secum attule-
runt, quae annis iam quingentis, vt rationes subducit *Platina* l), vel *Septingentis*,
vt volunt alii m), conticuerant; atque hinc Graecas et Latinas Icholas exortas esse
legimus. At nunc, Constantinopoli a Turcis occupata, nouis accedentibus aduen-
tis, cum et *Demetrius Chalcocondylas* n), et *Joh. Lascaris* o), et *Georgius Phranza* p),
aliique, barbarorum armis fugati, tutum, in quo confiserent locum, peterent: magis
exinde feruere Graecarum litterarum studia et latius diffundi cooperunt. Quo-
rum praeclaro exemplo excitati mox alii, si erant ingenii erectoris in Italia pa-
riter et in Germania homines, non Graecis modo litteris operam nauabant, sed
Latinam quoque linguam in dies cultiorem reddere studebant, et, quod magis hic
pertinet, Hebraeae quoque linguae studium diligentius tractandum sibi sumebant.
Ita linguarum studio quis nomen sibi comparasse necit viros eruditissimos, *Mur-
kilius Ficinus*, *Joh. Westerlin*, *Rudolphus Agricola*, *Hermolaus Barbarus*, *Joh. Picum Mirandulanus*, *Joh. Reuchlinus* cet. Qui, quidquid in hoc doctrinae ge-
nere profecissent, profecerant autem plurimum, id omne fere profugis illis ex
orienti, eorumque scholis omnino acceptum referabant. Renovato vero lingua-
rum studio, quia minus, si minù, quam *λατινός ελληνος θιάσος θιάσας*, idem, quos
dixi, acutioris intelligentiae homines, plurimi certe eorum, ad philosophiam se
conferentes, repudiatis scholasticorum tricis, quas inepti funorum vendidores
Aristotelis esse ficta iactabant, ipsum potius Aristotelem, quod *Hermolaus Bar-
barus* fecit, aut Platonem, in quo totus fuit *Marcellus Ficinus*, aut quae de Epicuri
doctrina in veterum Graecorum monumentis tupererant, vt *Franciscus Philibopus*
et *Joh. Franc. Picus* q), sollertia rimati, et mathematicas quoque disciplinas,
quod

e) Ps. LXXIV, 1. seqq.

f) HOR. carm. III. od. XXIX, v. 29. 30.

g) v. PAVL. IOV. elog. doct. viror. XXIII. p. m. 55.

h) IOV. I. c. XXIV. p. m. 56.

i) TH. POPE. BLOVENT censura celebr. auctor. p. m. 460. ed. Geneu. 1694.

k) Ibid. p. 475. et apud IOV. I. c. XXVI. p. 61.

l) in vita Bonifacii IX. sub fin. p. 249. edit. Colon. 1573. fol.

m) v. C. ABRI. LVCHOLZERVS ind. chronolog. ad a. C. 1599. et IOV. I. c. XXII. p. 54. Equi-
dem oclingentos numerarem annos ab eo tempore, quo omne Romanum in Italia
imperium fuit deleatum, vel Herulis vel Ostrogothis Italianum tenentibus, ad finem
vergentem quinto post N. C. saeculo.

n) IOV. I. c. XXIX. p. 69.

o) Ibid. XXXI. p. 75.

p) HANCKIUS de Byzantin. rer. scriptorib. Graec. P. I. c. XL. §. 38, seqq.

q) v. GASSEND. de vita et mor. Epicuri, lib. II. c. VII. p. 224. BAYLE diction. T. III. v.
Epicurus not. M.

JK III 6112

x 3380311

quod de *Trithemio* in primis relatum legimus et *Pico Mirandulanus* r), confessati, ingenii acumen et vim rationis magis magisque perficerent? Sic praeparati autem cum ad sacrarum litterarum studium conuerterentur, in quo *Laurentium Vallam* s), *Wesfeliūm* t), *Sauanarolam* u), *Maryflium Ficinum* x), *Reuchlinum maxime* y) et alios laudabilem operam posuisse nouimus, Wiclefi atque Husi vestigia prementes, Pontificum fraudes et inde disseminatos in omni Christianorum coetu errores foedissimos fortiter ac strenue iidem impugnabant, quamque ex adsiduo sacrarum litterarum vni perpexerant, aeternam veritatem viriliter et vel ad vitae periculum usque defendebant. Quis nescit enim, ut *Wesfeliūm* taceam, qui liberiore veritate, profacione multum sibi odii contraxit, et *Laurentium Vallam*, qui, cum acerbe perfrinxisset sacri, vt tum erant, ordinis viros, in regno Neapolitanum capitatis iam damnatus, ipsis Alphonsi regis auxilio aegre fuit liberatus aa), quis nescit, inquam, iniqua *Hieronymi Sauanarolae* fata, qui Florentiae suspensus et rogo postea impositus, miserandum vitae exitum habuit? Nihilo tamen minus ex illo inde tempore fuerunt semper, qui vel, relictis summi Pontificis inanibus commentis, folo standum esse verbo diuino, vel sola in Seruatoris merito fiducia collocata iustos nos fieri, vel sacram coenam integrum feruandam libere profiterentur bb). Atque ita dudum expetitae bonorum omnium votis facrorum instauratio, quae haud ita multo post per Lutherum diuinitus inchoata, et, explosis omnibus aduersiorum ausis, feliciter et continuata fuit et ad finem perducta, via iam patefacta erat, vel strata portus atque munita.

O praeclarum igitur et illustrem et magnificum mirandi, de quo dixi, consiliū diuini exitum! Qui barbaris quidem expugnandam permisit Christianorum hominum tam nobilem, tam celebrem et optimarum artium studiis et litteratis hominibus adfluentem sedem; fed ita rem moderatus est, vt, cum flebile principium longe melior fortuna fecuta sit, nos quoque et posteri, de quo impense laetemur, habeamus, et merito diuini Numinis bonitatem aequa ac sapientiam concelebremus.

Atque hoc idem ego facturus, cum renouava B. CAROLI GEHLERI memoria publice dicendi occasionem praebet, *Constantinopolis expugnationem illustrissimae iustitiae, bonitatis et sapientiae documentum* praedicabo. Adhinc igitur a. d. xii. Dec. volente sic DEO, hora quidem nona ante meridiem, PATRONI EXCELENTISSIMI, et rei litterariae quoque bona copione, meaque discentem benevolē audiant. Id quod sicuti maiorem in modum omnes ac singulos quam officiosissime rogatos velim, ita exiūsum idem benevolentiae IPSORVM documentum gratius adgnoscam. P. P. Gorlicii a. d. iv. Dec. A. C. N. cīo Iōcclīl

r) v. NAVDAEVS apologie pour les grands hommes, c. 17.

s) qui adnotaciones dedit in N. T. ed. Par. 1505. 4. et Basil. 1541. 8.

t) quem cum Sixtus IV. pontifex episcopatum petitorum purasest, ex bibliotheca Vaticana bibliorum Hebraeorum et Graecorum tantum exemplum petuisse legimus, tanto scilicet sacrarum litterarum studio caprum, vt vel summam dignitatem praे illo adspeneretur. v. Bentheims Holl. Kirchen- und Schulen-Staat, P. II. cap. IV. §. 9. p. 181. 182.

u) qui in psalmos et nonnullos facri codicis libros commentatus expositionem imprimit quaduplicem editio orationis dominicae Lugduni 1536. et Gratianopoli 1669. 12. typis vulgatam, itemque expositionem decalogi, quae Italice prodiit Florentiae 1495. 4. et Venetiis 1547. 8.

x) cuius commentator laudatur in epistolas S. Pauli; supereft vero tantum ea pars, qua illuftrauit epistolam ad Romanos, in opp. Basil. 1576. et Paris. 1641. in fol. editis.

y) qui iridem nullum praefantius sibi obtinere munus posuisse ab imp. Frid. III. putauit, quam Hebraeorum bibliorum codicem Iudaei cuiusdam opera imperatum. v. I. H. MAILL vit. Reuchlini p. 21.

z) v. Benthem l. c. p. 183.

aa) v. VOSSIVS de historic. Lat. HANCKIVS de Romanar. rer. scriptorib. lib. II. P. I. c. II. §. 2. 3. p. 116.

bb) v. FLAG. Catalog. test. veritat. lib. xxix. p. 885. seqq.



J. A.
118.
39.

In
6112

B. C. D

DE EXCIDI O

IMPERII CHRIS TIANORVM CONSTANTINOPOLITANI

ADMIRANDVM DEI CONSILIVM

ILLVSTRI EXITV CONSVMMATVM

M E D I T A T V S

O R A T I O N E M

R O L I G E H L E R I
M O R I A E S A C R A M

A. D. XII DEC. A. O. R. c15ccLIII

H A B E N D A M

I N D I C I T

C H R I S T I A N V S T A V B N E R V S

A A. M. G Y M N A S. G O R L I C. P R O R E C T

E X C V D E B A T I O H. F R I D. F I C K E L S C H E R E R V S.



FarbKarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

